

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0209

LOG Titel: De Manucodiatae Quarta Specie, sive de Manucodiata Cirrata. Cap. XXV

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

DE MANVCODIATÆ

Secunda specie. Cap. XXIII.



ANNO salutis nostræ 1577. aliam auem Paradiseam, quam secundo loco damus à reliquis in eò maximè diuersam, quòd binas in vropygio pennas haberet longissimas, cæteras nempe duorum palmorum longitudine excedentes, obseruauit Romæ apud Illustrerem D. Thomam Cauallerium Equitem Romanum, antiquarium egregium. Ea caput habebat albū ferè, maculis luteis, aureisq. persufum, oculos pariter luteos, cilia rubicunda; rostrum inter luteum, & viridem mediū

duos digitos longum, in supina parte quodammodò recuruum; linguam rubicundam, longiusculam, acutam, Picorum haud planè diffimilem, ad lancinandam animalcula perquam idoneam. In pectore aliquo pacto rubescebat. Venter, dorsum, & alæ candicabant, hæc tamen superius vbiq. & in fine erant ferrugineæ. Dorsum primò ad flauum quodammodò tendere videbatur; posteaquam verò vropygium attingit, ad rubicundum, seu ferrugineum colorem vergit. Alarum longitudine, ut potè, quæ quinque palmos adæquant, primam speciem superabat. Caudæ pennæ, vbi dorso inferuntur, candicabant; cætera ferrugineæ erant. Eius duæ pennæ reliquas duorum palmorum longitudine vincebant, & reliquæ etiam quàm in prima longiores aderant. Carebat hæc auis geminis illis filis, quæ omnibus è dorso enasci supra dixi; quare vel itineris longitudine, vel temporis vetustate decidisse ea iudicandum est, non autem fæminam ideò dicendam, ut perperam vulgus hæcenus sibi persuasit. Duarum verò longissimarum illarum pennarum fortassis ad velociorem motum vsus fuerit. Figuram habes pag. 812.

Lingua.

Pectus.

Venter.

Alæ.

Dorsum.

Cauda.

DE TERTIA MANVCODIATÆ

Specie, siue de Hippomanucodiata.

Cap. XXIV.



DOMINVS Antonius Gigas Forosempreniensis vir cum vitæ probitate, tum pariter eruditione, & rerū naturalium scientia clarus, Auem, cuius iconem tertio loco exhibeo, depingendam, ac describendam publicæ studiosorum vtilitatis causa tradidit. Illam ob corporis longitudinem Hippomanucodiata, quoniã longiorem videre mihi nunquam contigit, appellare placuit, quæ videlicet à principio rostri ad caudæ, & alarum extremitatem tres dodrantes longa erat;

Hippomanucodiata.

& duos palmos, cum alæ complicatæ sunt, lata. Rostrum erat satis aduncum, in supina maximè parte, tres digitos longum, in inferna verò paulò breuius. Tota ferè auis erat alba præter nempe collum, & ventrem, quorum color est castaneus. Superior capitis pars ferruginea, quem colorem flauus excipit, ut hunc viridis. Prope dorsum pennæ admodum prominabant longitudine duorum, vel trium digitorum. Erat præterea vnicum dantaxat Aui filium, idque asperiusculum, & admodum flexibile, quare alterum casu quodam amissum fuisse existimare debemus. Iconem dabit pag. 813


DE MANVCODIATÆ QVARTA

Specie, siue de Manucodiata Cirrata.

Cap. XXV.



VIVS quarto loco Iconem depingemus, vulgaris illa ab Ornithologo depicta, omnino videretur, nisi rostrum multò longius, & veluti cirros quosdam propè cervicem obtinisset. Hanc auem eidem Antonio Giganti acceptam refero: quæ descripta talis est. A rostri principio ad alarum extremitatem vsque commensurata duos dodrantes explebat. Rostrum pro corporis exiguitate longissimum nigrum, & quodammodo aduncum. Capitis, colli, & alarum pennæ nigrescebant, vbi tamen rostrum adnectebantur, flavescebant. Cirrum propè cervicem tres propemodum digitos alcum habebat, rigidum, coloris flauis, quique ex setis potius, quàm pennis constare videbatur, atque eo maximè à subsequenti Manucodiata differbat.





Vlysis Aldrouandi
MANUCODIATA CIRRATA.

